

DEDICATIO.

gnos, pascit, affabilite parvulos nutrit: Et quidem sic haec omnia efficit, ut eum, qv̄i huic incumbit studio, non vituperandum, sed summis in caelum laudibus efferendum existimem.

Præterea Et hoc mihi incommoditati ac impedimento fuit, qv̄od rarus sit numerus eorum, qv̄i dextrè Et candidè de aliorum laboribus iudicant, bona laudant, minus verò propria vel congrua, lenitate Et Invenire sua corrigunt; sed maxima pars (experientia teste) perperam Et sinistrè iudicat. Alii præpostero sunt iudicio, qv̄i de re vix audita, ne dum probè considerata Et perpensa, iudicium sibi sumere non dubitant, Et facillimè hoc vel illud damnant Et reprobant, qv̄od tamen primis labiis (ut dici solet) vix attigerunt. De his verò illud Publii dici potest: Grave præiudicium est, qv̄od iudicium non habet. Et sunt ingenia qv̄aedam monstrosa, Theristica Et fastuosa, non manifestè calumniosa, sed tacitè livida, quæ clandestinis calumniis scripta aliorum, licet bona Et utilia, extenuant Et qv̄oqvo modo suppressere conantur. Sunt etiam qv̄i manifestè calumniantur, Et scripta aliorum qv̄amvis optima, Et omnium bonorum iudicio, approbata Et recepta, carpunt, nec qv̄icqv̄am, nisi qv̄od suum est, approbant, Et velut ex sacro Tripodo prolatum, admirantur.

Deniq, nonnulli reperiuntur, qv̄i, cum melius aliquid præstare possint, qv̄am alius, nihil tamen edunt: Et qv̄ibus hominum mentes optimè docerentur, ea asservant potiùs tineis Et blatis devoranda. Interim aliorum conatus, vel impediunt, vel contempnunt: ut nati esse videantur ad sugillandos aliorum labores, non ad juvandam publicam Ecclesie Et Scholarum utilitatem.

Hæc Et similia sanè instar magnæ remoræ me cohibebant, qv̄o minus vel hunc, vel alium librum, libero animo Et sine metu in lucem edere potuerim. Sed qv̄ia multi clarissimi, Et magni nominis Theologi, hæc Et consimiles lucubrationes meas perlegendis approbarunt, Et ad eas continuandas atq, excudendas me magnoperè instigarunt: ipsorum autoritas magis apud me valuit, qv̄am perversa nonnullorum iudicia me remorari Et deterrere potuerunt.

Ut autem pius Et candidus lector intelligat, qv̄isnam huius opusculi usus Et finis sit, paucis id ipsum commemorabo.

Primò hæc *Analysis Catechetica* eum, qv̄i illam seqv̄i voluerit, ducet in amplissimum campum, Et suppeditabit ei res Et verba, qv̄æ non solum in explicatione Catecheseos, sed etiam in Epistolis, in Evangeliiis dominicalibus, nec non aliis materiis, usum suum habebunt. Quid enim quæso in Catechismo est, qv̄od non vel pro concione varie tractari, vel ad alium usum transferri possit. Nam ut omnes rivuli ex Oceano maris profluunt: Et rursus in illud confluunt: ita etiam omnes conciones ex Catechismo originem trahunt, Et in eo fundamentum habent, imò qv̄od stipiti rami, qv̄od capiti membra, qv̄od soli radii, qv̄od fonti rivuli: hoc soli Catechismo omnes reliquæ doctrinæ in Ecclesia debent. Unde etiam parva Biblia non immeritò appellatur.

Secundò hæc *Tabellæ* sunt Et esse possunt, instar locorum communium, ad qv̄os reliqva, qv̄æ in aliis autoribus leguntur, non incommodè possunt referri, idq, non sine magno, ut existimo, fructu. Atq, hæc causa est, ut præter Catechisticos autores alios qv̄osq, citarim, quò viam monstrarem, qv̄o modo res variæ Et multæ huc etiam referri possunt.

Deniq, his *Tabellis* Ansam præbere volui aliis, non solum in Theologia, sed etiam in Jurisprudentia, Medicina, Et tota Philosophia ad consimilem modum, autores varios, qv̄i de una eademq, materia scripserunt, conferre, ut ita rei veritas Et nucleus ac medulla cuiuslibet artis Et facultatis, eò dilucidius tractetur Et proponatur. Nam exempli gratia, in Physicis multi utiles Et doctissimi exstant libri, Et de nonnullis rebus dissentientes etiam occurrunt opiniones. Si verò quis possit aliorum autoritates, vel ex scriptis illorum probabiles rationes proferre, ille facile, qv̄od sentit, obtinebit, Et in sententia concepta, etiam magis magisq, confirmabitur. Simile iudicium esto de reliquis. Atq, hic præcipuus finis Et scopus est, qv̄em in hoc iudicio spectari Et considerari cupio, imò, si quis patitur, suadeo.

Qv̄od verò hæc lucubrationes meas, Vestrae Reverentia, prudentia atq, integritati offero, puto me causis adimpelli Et honestis Et gravibus:

Primò